FRANCKESCHE
STIFTUNGEN

Alte Drucke

ELEMENTA || GRAECAE ET LATINAE || Grammaticae collata, & || recognita || Per Georgium Maiorem.||

Maior, Georg

Magdeburg, 1546

VD16 ZV 27873

DE PRAEPOSITIONE. PRAEPOSITIO quid est?

Nutzungsbedingungen
Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.
Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.
Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use
All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.
Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.
For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-149974

Visual Library

Atq; ita uides in poſterioribus aduerbiorum ſignificationibus Græcos interiectiones ſub aduerbijs comprehendere, ac prorſus in aduerbijs conuenire Græcos cum Latinis.

DE COMPARATIONE.

Comparatio Aduerbiorum in quo eſt?

In tribus gradibus comparationis, ſcilicet, Poſitiuo, Comparatiuo & Superlatiuo, ut σοφῶς doctè, σοφώτερον doctius, σοφώτατον doctiſſimum uel doctiſſimè.

DE FIGVRA.

Figuræ aduerbiorum quot ſunt?

Duæ, Simplex, ut πάλαι diu, Compoſita ut πρόπαλαι iamdiu.

DE PRAEPOSITIONE.

PRAEPOSITIO quid eſt?

EST pars orationis, quæ præpoſita alijs partibus in oratione, ſignificationem earum, aut complet, aut mutat, aut minuit. Complet, ut lego perlego, Mutat, ſanus inſanus, Minuit, iratus ſubiratus.

πρόθεσίς ἐστι μέρος λόγου ἄκλιτον, προτιθέμενον πάντων

πάντων τῶν λόγου μερῶν κατὰ σύνθεσιν, ἢ κατὰ παράθεσιν, ἤτοι σύνταξιν, Hoc eſt, Præpoſitio eſt pars orationis indeclinabilis, quæ præponitur omnibus partibus orationis per compoſitionem, uel appoſitionem, ſiue conſtructionem, id eſt, per regimen caſus.

Per compoſitionem, ut σύνοικος cohabitator, ἔμπειρος peritus.

Per appoſitionem, ſiue conſtructionem, ἐν τῷ οἴκῳ, in domo.

Præpoſitioni quot accidunt?

Vnum ſcilicet Caſus.

Quot caſus?

Latinis duo, Accuſatiuus & Ablatiuus.

Græcis tres, Genitiuus, Datiuus & Accuſatiuus.

Quot ſunt præpoſitiones?

Latinorum quæ Accuſatiuo coniunguntur ſunt triginta, ut Ad, apud, ante, aduerſum, cis, citra, circum, circa, contra, erga, extra, inter, intra, infra, iuxta, ob, pone, per, prope, propter, ſecundum, poſt, trans, ultra, præter, ſupra, circiter, uſq;, ſecus, penes.

Quomodo?	Dicimus enim.
Ad Græcas calendas	Ede citra cruditatem.
Apud tribunum.	Bibe citra ebrietatem.
Ante tubam trepidas	Circum muros.
Aduerſum neceßitatem ne dij quidem reſiſtunt.	Circa forum.
	Contra ſtimulum calces.
Cis Rhenum.	Erga præceptorem gratus.

Extra

Extra cantionem.
Inter ſacrum & ſaxum
Intra tuam pelliculam te contine.
Intra claſſem.
Iuxta æquora.
Vnius ob noxam.
Pone tribunal.
Per tranſennam inſpicere.
Prope oppidum copiæ conſtiterunt.
Aliquid mali propter uicinum malum.
Quæ ſecundum naturam fiunt, ſunt habenda in bonis
Poſt feſtum uenire.
Cœlum non animum mutant qui trans mare currunt.
Vltra ſepta tranſilire.
Præter Sibillam leget nemo.
Supra caput.
Circiter horam duodecimam noctis, undecima Iulij diem ſuū obijt Eraſmus Rote. 1536.
Vſq; Oceanum.
Vſq; ad aras amicus.
Secus uiam.
Penes eoſdem pericula belli, penes quos præmia eſſent, Liuius.

Quot ſunt præpoſitiones, quæ ablatiuis coniunguntur?

Quindecim, ut A, ab, abs, cum, coram, clam, de, è, ex, pro, præ, palàm, ſine, abſq;, tenus.

Quomodo? Dicimus enim

A A capite uſq; ad calcem.
Ab Ab equis ad aſinos.
Abs Abs quiuis homine beneficium accipere gratum eſt.
Cum Non benè cum ſocijs regna Venuſq; manent.

Coram

Coram	Cantabit uacuus coram latrone uiator.
Clam	Clam patre.
De	De lapide emptus
E	E dolio hauris.
Ex	Ex uitio alterius ſapiens emendat ſuum.
Pro	Dulce & decorum eſt pro patria mori.
Præ	Præ amore.
Palam	Palam omnibus.
Sine	Sine Cerere & Baccho ſriget Venus.
Abſq;	Quàm fortunatus ſum cæteris rebus, abſq; una hæc foret.
Tenus	Capulo tenus abdidit enſem.

Quot ſunt Præpoſitiones utriuſq; caſus?

Quatuor, In, ſub, ſuper & ſubter.

Quando ſeruiunt Accuſatiuo caſui?

Cum motum ad locum ſignificant, ut

In	Tendit in ardua uirtus Virg.
Sub	Sub iugum miſsi conſules Liuius.
Super	Fama ſuper æthera notus.
Subter	Supra ſubterq; terram per dies uiginti quinq; pugnatum eſt, Liuius.

Quando ſeruiunt Ablatiuo?

Cum in loco eſſe ſignificant, ut

In	Scilicet inſano nemo in amore uidet Ouid.
Sub	Quicquid ſub terra eſt, in apricum proferet ætas Horat.

Super Fronde ſuper uiridi, Virg.
Subter Subter denſa teſtudine Virg.

Degenerant autem in aduerbia præpoſitiones, cum caſum amittunt.

Quot ſunt Præpoſitiones Græcorum.

Decem & octo, Sex monoſyllabæ, ut ἐν, εἰς, ἐξ, σὺν, πρὸς, πρὸ, *& duodecim diſſyllabæ, ut* ἀνὰ, κατὰ, διὰ, μετὰ, παρὰ, ἀντὶ, ἐπὶ, περὶ, ἀμφὶ, ἀπὸ, ὑπὸ, ὑπὲρ.

Quot caſibus ſeruiunt?

Tribus, Genitiuo, Datiuo & Accuſatiuo.

Quædam uero uni caſui tantum, Quædam duobus, Aliæ tribus caſibus deſeruiunt.

Quæ præpoſitiones ſeruiunt uni caſui?

Ἐν, Σὺν } *datiuo, ut* { ἐν τοῖς κακοῖς δὲ τοὺς φίλους εὐεργέτει.
κακῷ σὺν ἀνδρὶ μὴ δ᾽ ὅλως ὁδοιπόρει.

Ἐξ *uel* ἐκ, πρὸ, ἀντὶ, ἀπὸ } *genitiuo, ut* { ἐξ ἡδονῆς γὰρ φύεται τὸ δυστυχεῖν.
βούλου γονεῖς πρὸ παντὸς ἐν τιμαῖς ἔχειν.
ἀντὶ κακῆς κυνὸς, σῦν ἀπαιτεῖς
ἀφ᾽ ἵππων ἐπ᾽ ὄνους.

Εἰς uel ἐς ἀνὰ } accuſatiuo, ut { γίγνου δ᾽ ἐς ὀργὴν μὴ ταχὺς, ἀλλὰ βραδύς.
νῆσον ἀνὰ στρατὸν ὦρσε κακήν.

Homerus.

Quæ deſeruiunt duobus caſibus.

Genitiuo & Accuſatiuo iunguntur, κατὰ, διὰ, μετὰ, ὑπὲρ.

Κατά.

Cum genitiuo iunctum ſignificat contra, ut κατὰ αἰσχίνου λόγος.

Cum accuſatiuo, deſignat tempus, uel motum, uel ſimilitudinem, & exponitur per circa, per, ſecundum, de, ut κατ᾽ ἰδίαν φρόνησιν οὐδεὶς εὐτυχεῖ.

Διά.

Genitiuo iuncta, per ſignificat, ut διὰ καὶ μαχαιρῶν, καὶ πυρὸς εἴπερ δέει.

Accuſatiuo, cauſam, propter, ut ὡς πολλὰ διὰ τὰς ἡδονὰς λυποῦμεθα.

Μετά.

Genitiuo, cum, ut οὐδεὶς μετ᾽ ὀργῆς ἀσφαλῶς βουλεύεται.

Accuſatiuus, poſt, ut μετὰ τὴν δόσιν, τάχιστα γηράσκει χάρις.

Ὑπέρ.

Genitiuo, pro uel ſuper, de, ut ὑπὲρ σεαυτοῦ μὴ φράσῃς ἐγκώμια. ὑπὲρ ὄνου σκιᾶς.

Accuſatiuo,

Accuſatiuo,ſupra,ut ὑπὲρ ἐσκαμμένα.

Quæ deſeruiunt tribus caſibus?

Genitiuo,Datiuo & Accuſatiuo iunguntur, πρός, παρά, ἐπί, περί, ἀμφί, ὑπό.

Πρός.

Genitiuo iuncta,ſignificat á,uel per,uel coram, & officium interdum, ut (των
ὄλβος μοὶ πρὸς θεῶν μακάρων δότε, καὶ πρὸς ἁπάν-
ἀνθρώπων αἰεί δόξαν ἔχειν ἀγαθήν.

Datiuo,ſupra,prope,uel erga,uel ad,ut
αἰδώς τοι πρὸς ἀνολβίῃ, θάρσος δὲ πρὸς ὄλβῳ,

Accuſatiuo, uel ad locum, uel in loco, imitationem & aduerſum quoq; ſignificat,ut
πρὸς ἥόν ὀργὴν οὐκ ἔχει χρηστὸς πατήρ.

Παρά.

Genitiuo addita,à ſignificat, uel ſupra,ut
σοφοῦ παρ᾽ ἀνδρὸς προσδέχου συμβουλίαν.

Datiuo,prope, iuxta, uel apud,ut
παρ᾽ ἔμοιγε καὶ ἄλλοι,
οἵ κέ με τιμήσουσι, μάλιστα δὲ, μητιέτα Ζεύς.

Accuſatiuo,ad,iuxta,præter,propter,ut
ῥῆμα παρὰ καιρὸν ῥιφθὲν ἀνατρέπει βίον.
τὸν δόλιον ἄνδρα, φεῦγε παρ᾽ ὅλον τὸν βίον.

Ἐπί.

Genitiuo,circa,ſuper,& tempus,ut
θεοῦ θέλοντος κἂν ἐπὶ ῥιπὸς πλέοις.

Datiuo, propter & ſuper, ut

ἐπ' ἀνδρὶ δυστυχοῦντι μὴ πλάσῃς κακόν.

Accuſatiuo, motum ad locum, ut Σιμωνίδης ἐρωτηθεὶς, πότερον αἱρετώτερον, πλοῦτος ἢ σοφία, οὐκ οἶδα ἔφη, ὁρῶ γὰρ τοὺς σοφοὺς ἐπὶ τὰς θύρας τῶν πλουσίων φοιτοῦντας.

Περί.

Genitiuo, de, pro, præ, ut

εἷς οἰωνὸς ἄριστος ἀμύνεσθαι περὶ πάτρης.

Datiuo, pene idem, uel circa. ut δέδοικα περὶ ξανθῷ Μενελάῳ.

Accuſatiuo, circa uel prope, ut περὶ ὥραν ἕκτην.

Ἀμφί.

Habet eandem conſtructionem & ſignificationem quam περί.

Ὑπό.

Genitiuo iunctum ſignat ſub uel à, ut

ὑπὸ τῆς ἀνάγκης πάντα δουλοῦται ταχύ.

Datiuo quoq; & accuſatiuo addita idem ſignificat, ut ὑπὸ παντὶ λίθῳ σκορπίος εὕδει.

Reliqua de Præpoſitione, require ex Philip. Melanch. grammatica, qui copioſiſſimè de hac orationis parte ſcripſit.

DE CONIVNCTIONE.

Coniunctio